

ADOLPHVS COMES IN ALDENBURG.



A Dolphus à Salingeue dictus mirabili corporis & animi fortitudine fuit præditus. Vnde Conradi Cæsaris secundi castra sequens, ob pluri-
nas uirtutes sibi magnam authoritatem comparauit, atque Cæsari gratissimus extitit. Itaque ab eo eques auratus constituitur. Cum autem eo dignitatis gradu Adolphus incitatus res sibi commissas fortiter expediret, atq; multiplices uictorias à hostibus reportaret, Cæsar consensu principum eum comitem Holsatiæ creauit, atque multis oppidis & regionibus exornauit. Is ergo Adolphus ijs in locis iustitiam coluit, atque suo exemplo præceres ad uirtutes incitauit. Vnde ab eo illustrissima fami-

lia comitum in Schauenburg, Aldenburg, & Holsatz, nec non ducum Slesuicensium, & regum Daniæ originem duxit. Id quod ex sequenti Genealogia percipi potest. Alb. Crantz, Sax, lib, 8. cap. 26.